mantes quaestum esse pietatem; quibus aliquid simile contigit, veluti illis, qui dicebant, ego sum Cephae, ego vero Pauli, ego autem Apollo. Nec puto schisma hoc esse in damnum et jacturam ecclesiae Christi Jesu, quae spiritu suo abundat, sed magis utile esse, ut per hoc velocius regnum Antichristeitis pertranseat et brevientur dies periculosi propter electos, et ipsa sit citius exonerata a multitudine hypocritarum infinita, et notificentur clarius carnales et ficti Christiani, amatores splendoris hujus vitae magis quam Jesu crucifixi amatores. — Corpus itaque Antichristi per schisma tale est divisum et conturbatum, quod hactenus erat compactum, quasi scuta fusilia unum uni adhaerente, ut nec spiraculum quidem eam possit pertransire; non autem scissum est vel potest esse corpus omnipotentis et prorsus indivisibilis Jesu Christi, i. e. ecclesia sanctorum; quoniam ejus unitas est perpetua et inviolabilis, tota dependens ex unitate dei et domini Jesu Christi ac spiritus ipsius. —

Fol. 97—98. O zbytečnostech w církwí. Ex quibus sequitur, quod omne illud, quod homines fecerunt, intendentes principaliter communem profectum et utilitatem omnium Christianorum de omnibus gradibus et statibus et conditionibus, i. e. totius corporis ecclesiae, et tale quod non potuit derogare alicui articulo corporis vel juncturae essentiali ejusdem, neque diminuere in ullo jurisdictionem alicujus gradus vel status, et ad communitatem ecclesiae publice induxerunt, cooperans ad similitudinem unam Christianorum et efficiens in familia Christi unitatem vel conferens ad eandem: illud homines ex deo et per deum et ad deum fecerunt, et omne illud est tenendum et salvandum, tamquam plantatio, quae ex deo est patre, et spiritu ejus est exorta. Et omne illud, quod fecerunt homines in ecclesia Christi et in familia Christi, et in publicum ecclesiae induxerunt, intendentes suam privatam ecclesiam et sanctitatem ac devotionem

aut quemvis profectum proprium: omne illud non est ex deo, et igitur eradicandum et ejiciendum. Item omne illud, quod homines pro seipsis adinvenerunt et fecerunt et in communitatem ecclesiae induxerunt, quod non confert ad pulchram similitudinem ecclesiae et ipsius jocundam unionem, sed magis distrahit vel diminuit, non est ex deo nec spiritu ejus: ergo est evellendum et extirpandum, tamquam adulterinae plantationes. Item omne illud, quod homines adinvenerunt pro se ipsis, i. e. pro sua devotione, pro sua sanctitate et justitia, vel alias pro suo profectu, et in publicum ecclesiae induxerunt, quod quidem est tale, quod ullo modo derogat alicui articulo vel juncturae de essentia ecclesiae, vel ullo modo diminuit aut detrahit alicui gradui, statui vel conditioni ecclesiae: illud nequaquam est ex deo, sed tantum ex hominibus, qui seipsos sunt amantes. Cum autem juxta praedicta talium nimia multiplicitas et multa varietas jam sit firmata consuetudinibus in ecclesia, et mandatorum, observantiarum et doctrinarum hominum inde consequentium, consuetudinum quoque et morum atque habituum et actuum talibus praedictis annexorum, admissorum et perpetratorum per somnolentiam et negligentiam custodum positorum super muros ecclesiae: ideo justum et non impune eadem ecclesia ac familia Jesu crucifixi est vel apparet esse tam nimis dilacerata et divulsa et contra se invicem scissa et divisa. Ex quo satis manifeste sequitur, quod ad reformatam recuperandamque decoram similitudinem et jocundam unitatem Christi Jesu ecclesiae per domos et familias ipsius, singulas juncturas corporis ipsius usque ad novissimos articulos molles et delicatos, necesse est omnia praedicta privata et inutilia et ad utilitatem jocundam ecclesiae superflua et nociva, putare vel praecidere a vinea domini Jesu sanguine plantata et sanguine suorum apostolorum et prophetarum, et redigere ea ad minimum numerum, qui est solus necessarius et in nullo derogans ecclesiae jocundae unioni, secundum sermonem, qui

scriptus est: omnis plantatio, quam non plantavit pater meus, eradicabitur et in ignem mittetur.

Fol. 116. O témě. Dominus Jesus non dedit ullam legem scriptam suis posteris, cum tamen potuisset hoc efficisse in vita sua multis modis; sed solum dedit spiritum suum bonum et spiritum patris in corda credentium pro omni lege viva et perfecta et pro omni regula vitae cujuslibet sufficienti, secundum declarata superius, et secundum scripturas et prophetas. Propter quod et apostoli ipsius, nolentes gravare populos credentes in Jesum variis doctrinis et adinventionibus et praeceptis, pauca scripserunt, pauciora mandaverunt, paucissima statutis firmaverunt inconcusse. — Patet autem hoc in XV Actuum apostolorum, quomodo dulcissimi patres et apostoli Christi suos Conchristianos esse multum liberos et non obligatos ad multa praecepta manere voluerunt. — Unde crudeliter et infronite posteriores multi videntur egisse et agere usque modo, qui suas adinventiones multas et doctrinas varias ac mandata rigida in dei et domini Jesu familiam induxerunt et auctoritative firmaverunt, subditos nimis obligantes et gravantes, ut et doctrinarum talium et adinventionum et mandatorum hominum sit tanta multiplicitas et infinita multitudo, quod, ut paulo ante dictum est, innumerabiles libros repleverunt et valde magnos et sumptuosos, quos fere nullus hominum nisi dives comparare et per totam vitam ipsis deditus possit ea satis legere et utiliter incorporare; et tamen ad ea omnia, quae ibidem continentur, voluerunt obligari populum Christianum, quae omnia, ut dictum est, non tam facere sufficiunt, sed etiam rescire vel ad plenum memorari. Quapropter apud me decretum habeo, quod ad reformandam pacem et unionem in universitate Christiana expedit omnem plantationem illam eradicare et abbreviare iterum verbum super terram et reducere Christi Jesu

ecclesiam ad sua primordia salubria et compendiosa, quanto paucioribus et apostolicis mandatis reservatis. Quoniam ego puto coram domino meo Jesu crucifixo, quod lex spiritus sancti et evangelium expressum et divulgatum et patres ordinarii plebium, utpote papa, episcopi et plebani et opitulationes eorum omnino sufficiunt ad dirigendum legitime omnem communitatem populorum et quemlibet hominem singulariter de communitate; sufficiunt inquam ista praenotata ad omnem quaestionem dissolvendam et ad omnem causam in foro conscientiae et in foro iudicii discutiendam, addita supradictis scriptura veteris et novi testamenti.

Fol. 156^b. O témž. Ego etenim teste Jesu crucifixo contemplor, quod hodie sacerdotes et populus minus sciat et observet praecepta dei sui tremendi, quam mandata et traditiones hominum, et magis timeat et ponderet hujusmodi adinventiones, quam veritatem vitae et caritatem proximorum, et quod in talibus observantiis totam constituat justitiam suam et salutem, licet non habita Jesu crucifixi notitia et caritate. — Propositi igitur mei est, cum haec loquor, ut tales adinventiones et obligationes ad ipsas, essent diminutae et remissae, saltem quoad aliquam ipsarum partem, et quod solum dilectio dei et proximorum, aut dei praecepta alia solum esse populis tremenda et ad unguem usque adimplenda docerentur, et quod alia sunt modicae reputationis aut nihili ipsorum in respectu. — *Fol. 157...* Ecce quam cum timore apostolus intensionem suam producit in medium et temperate. Videant igitur, quantum distant ab ipso moderni, in quorum ore, ut supra dictum est, non resonat aliud, nisi „districte praecipimus et mandamus“, et iterum „quod si quis paginam hanc (et alia hujusmodi talia) violaverit, sciat se dei omnipotentis et sanctorum indignationem incursum,“ et „ipsum nos ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc

excommunicamus et anathematisamus in his scriptis." De praeceptis autem dei et ipsorum transgressione terrorem non faciunt in subditis, neque magnam rationem. Verumtamen dico omnibus, qui possunt hoc capere, capiant, quod coram Christo Jesu sic collegi ex scripturis, et puto, quod omnia scil. praenotata opera hominum, cerimoniae et traditiones funditus destruentur et cessabunt, et exaltabitur dominus solus, et unicum verbum ipsius manebit in aeternum; et tempus illud jam instat, in quo illa evacuabuntur. Scripturae vero, quae hoc exprimunt, nimis multae sunt. Mihi ad praesens solum verbum Jesu sufficit, ubi dicit Mathaei XV capite: omnis plantatio, quam non plantavit pater meus, eradicabitur.

Fol. 108^b. O zámeznosti mocí cirkevních. Magna est facta deformitas Christi Jesu familiae et distinctio turpissima in juncturis articulorum supra saepe expressorum, et perinde damnabiliter evenit, de populo credentium, cujus in primordio erat cor unum et anima una, factus est populus dilaceratus et divulsus. Etenim — papa, qui primum et ante omnia deberet esse junctus episcopis singulis et esse una manus cum ipsis, et solum maxime episcopis bene ordinandis superintendere et maxime ipsis familiaris effici et ipsorum cognitioni, ecce ipse conjunctus est magis regibus terrae et principibus et aliis magis intendit existens familiaris, opitulationibus et personis sibi ad votum suum adjunctis, supra suos coepiscopos ultra normam elevatur; insuper rupto de medio ordine connexionis primariae, adjunxit sibi universorum beneficiorum et personatum collationem, quae ad episcopos respiciebant secundum legitimam conjunctionem et immediatam; per quod proportio est cassata et juncturae propriae et decorae obedientiae et subjectionis in corpore Christi mystico sunt laxatae et corruptae. Similiter episcopi non juste, non pulchre plebanis heu modo sunt ad-

juncti, sed exhibent se ipsos plebanis nimis elevatos et dominantes in clero, ita ut curati maneant ab episcopis, plus quam justum et utile est ecclesiae, elongati, extranei et ignoti; et ipsi episcopi baronibus terrae et principibus similiter et suis magnis canonicis et divitibus hujus seculi familiariter multum adjunguntur. Non enim jam episcopi habent sollicitudinem dignam de bona et utili ordinatione curatorum, sicut habent cor suum ad facta negotiaque dominorum et alia temporalia et civilia pertractanda. Et alii episcopi habent suum cor ad suam propriam devotionem privatam exquirendam, eo minus cor suum ad suos filios, i. e. curatos conjunctum et mancipatum habentes; per quod multa jactura admittitur in communi salute animarum, et ipsorum talis privata devotio, in damnum et praedjudicium rei publicae quoad hoc exercita, a domino minime est acceptata, juxta scripturam, quae dicit in propheta etc. — Attende hanc scripturam prophetae, et intellige, si vales, quod habens communem familiam Christi gubernare et providere sollicite, tamen odio habes occupationem cum ea, et ingemiscis, cum incumbit tibi laborare, illectus et allectus tua pace et privata tua psalmodia longa et devotione, licet quandoque delicata et lacrymosa. Et pensa hic, quam sunt talia domino Jesu inaccepta, qui dixit Petro Simonis Jo. (21) „diligis me plus his? pasce oves meas!“ et non dixit „fruere pace in privata tua mansione.“ Ita etiam corda curatorum sacerdotum non sunt conjuncta fidei nexu cum ipsorum plebibus, sed aversa et distracta per varias vanitates hujus mundi; et maxime abierunt post divitias et honores et cetera propria sua commoda, sui corporis vel hujus vitae. Sunt enim plebani similiter nimis elati suis plebejis et extranei, acceptores supra modum personarum. Propter haec igitur et talia juncturae gratissimae sanctae ecclesiae sunt destructae, et funiculi ejus sunt dissoluti vehementer et laxati.

Fol. 112. O témž. Ex hoc enim videtur evenire, secundum quod superius est ostensum, quod dominus apostolicus ad se contraxit collationem universorum beneficiorum per ecclesiam, officiorum, personatum, praebendarum et dignitatum, quod alias nequaquam ordinatione ecclesiae sanctae primaria est institutum vel sancitum. Ex isto exemptiones multarum et infinitarum personarum a jurisdictione ordinariorum propriarum factae sunt et multiplicatae super numerum, nec non etiam exemptiones conventuum multorum, religionum et alias multorum populorum, in defectum et diminutionem potestatis et juris praelatorum inferiorum. Ex isto similiter emanaverunt aliae multae reservationes casuum, ut vulgo dicitur, et absolutionum vel collationum auctoritatis et potestatis vel exercitii operationum earum, quae sunt communes omnium sacerdotum alias, aut talia, quae ratione ordinis et primitivae potestatis possunt fieri ab inferioribus et communibus sacerdotibus et licite pro salute populorum ab eisdem exerceri, pro quibus oportet adire sedes praelatorum et tremebunde coram ipsis pro talibus supplicare et impetrare difficulter, non sine impensis magnis et expensis, saltem scriptoribus ipsorum pro literis super impetrato confectis et formatis. Et per ista factum est, quod in multa magnaque parte auctoritas et jurisdictio sacerdotum curatorum est abbreviata et contracta in ipsorum subjectos, et per consequens multa operatio salutis animarum impedita et sublata, quae alias esset exercita, si non interveniret praedicta prohibitio vel reservatio potestatis, per quod curati sacerdotes plebium sunt vel possunt esse gravati et plurimum ad ingemiscendum et murmurandum vel invidendum suis praelatis excitati et compulsi. Per ista etiam multa inobedientia est intromissa in plebes et irreverentia ad suos sacerdotes proprios propter extenuationem et infirmationem ipsorum potestatis; et per consequens hinc venit magna destructio morum et disciplinae in plebibus et dissipatio christianae religionis.

*Fol. 133. O příkoří, které věrní křesťané od pokrytcův sná-
šeti musejí.* Ecce hodie ipsamet abominatio desolationis propria
sedens in templo, ne tamen ipsa esse abominatio reveletur, fingit
aliam abominationem et minatur affuturam, ut per hoc amplius mit-
tat ecclesiam in errorem, quatenus sic horrendam abominationem
venerans atque colens, nihilominus unam aliam futuram fabuletur;
et valde praevaluit. Nam communiter Antichristi infiniti proprie
hodie nunc existentes, alium Antichristum futurum exspectant;
et hi, qui proprie sunt apostoli et praecones veri Antichristi,
apostolos Christi Jesu mites, sapientes et prophetas affligunt
et varie persequuntur, audacter affirmantes, quia ipsi servi
Christi sunt haeretici, hypocritae et Antichristi; et identidem,
existentes membra fortia et multa Antichristi in praesenti,
membra Jesu crucifixi licet debilia et pauca cruciantes et de
civitate in civitatem propellentes atque de synagogis ejicientes,
arbitrantur se per hoc deo suo obsequium compraestare, et
sic Antichristo obsequentes se credunt Jesu Christo deservire. —
Quod si quis paulo amplius conatur abstrahere seipsum a
societate Christianorum talium et vivere dignius Jesu Christo,
mox beghardus aut alias haereticus nuncupatur, et nonnisi hy-
pocrita vel fatuus judicatur; quod si in modico imitans Jesum
crucifixum ipsum vel ejus veritatem confitetur, illico gravem
sentiet persecutionem a corpore densato Antichristi; et nisi
vivas, sicut et ipsi, non aliud censeberis, nisi superstitiosus et
seductor.

Fol. 173. 174. 175. Kdo vlastně jest Antikrist. Antichristus
non aliunde venit, nisi ex Christianis, imo non aliud est Anti-
christus, nisi Christianus indignus, contrarius Christo Jesu vel
opere, faciendo ullam iniquitatem, (sicut scriptum est, confitentur
se nosse deum, factis autem negant,) vel sermone; sicut omnis,
qui mentitur aut figmenta et fabulas in sanctam ecclesiam

introducitur. — Caput Antichristi exstat omnis spiritus solvens Jesum, — et corpus Antichristi est omnis multitudo Christianorum, quae apostatavit iterum ad mundum per conformitatem et amorem hujus mundi et vivit secundum hunc mundum. Unde sequitur, quod Christiani conversi sunt in Antichristianos omnes, qui post hoc seculum abierunt. Ex quo ulterius sequitur, quod omnis Christianus, qui hunc mundum diligit, ab hoc mundo congregatione collecta ex spiritibus malignis et amatoribus hujus mundi Christianis, est membrum de corpore Antichristi; et omnis Christianus carnalis, qui libenter et frequenter loquitur de hoc mundo et diligit ea, quae sunt in mundo, habet in fronte sua et in dextra sua signum evidens, quod est membrum Antichristi. Et quanto est hujusmodi Christianus in majori statu ecclesiae, vel quanto est superior in ecclesia officio, personatu et dignitate, tanto est major Antichristus et propinquius membrum suo capiti; et dum hujusmodi est in supremo gradu ecclesiae et praesidet omnibus aliis potentia et auctoritate, tunc ille est summus et in summo Antichristus. — Omnis hujusmodi Christianus impius, qui amat hunc mundum et amatur ab ipso et in illis sibi ipsi blanditur et complacet, quanto magis est religione vel speciebus sanctitatis insignior et praecellens, tanto iterum est major Antichristus et proximior suae simulationi et subtili compositioni, et sic efficacior ad nocendum dei electis; at ulterius ille talis Christianus, existens in summa apparentia religionis et sanctitatis, est in summo Antichristus seu apostolus Antichristi. — Ecce quam palam denudatur Antichristus per dilectionis positionem, videlicet si dilectio inest Christiano proximorum, i. e. eorum, qui sincere sunt in Christo Jesu principaliter, nec non aliorum etiam inimicorum, tunc omni remoto dubio ipse est Christus vel membrum Christi, sicut alia scriptura dicit Johannis XIII: in hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem. Si autem dilectio in Christiano abundat hujus mundi

et eorum, quae sunt in hoc mundo magis quam proximorum, praesertim ad Jesum crucifixum, tunc iterum sine fallo est Antichristus seu de corpore Antichristi; quoniam in toto est Christianus contrarius Jesu Christo, mortua fide nihil sibi suffragante, quia talis credulitas nec diabolis suffragatur.

Fol. 162. O témě. Licet timeant deum mandato hominum et doceant quam diligenter adinventiones et doctrinas suas, constituent suam justitiam, habeant omnem speciem pietatis, aedificent sepulchra sanctorum et prophetarum, exornent monumenta justorum, colant valde imagines et statuas ligneas et lapideas, venerentur summopere et celebrent ossa et reliquias beatorum in coelis quantum placet: si terrena sapiunt, si voluptatibus et quieti corporis incumbunt, si eos delectat gloria et honor hujus vitae, si non abnegaverunt semet ipsos et ferunt crucem suam, neque habent Jesum crucifixum in corde manentem, neque sunt dei virtute et dei sapientia ab alto induti: sunt utique locustae coronatae, sunt palmites non ferentes fructum, sunt terra infructuosa maledicta domino suo, sunt regnum angeli abyssi, sunt filii diaboli omnes, non obstante quod vocentur Christiani vel religiosi vel sacerdotes et praelati. Et omnis Christianus seu clericus, licet sit sacerdos, praedicator, monachus, religiosus, vel quicumque suae propriae voluntati et non voluntati D. Jesu actualiter victitat et ex toto, et si quod minus facit, de hoc non dolet vehementer, est membrum Antichristi; et omnis clericus, qui in nomine suo vel causa sui ipsius acquirit scientias, gradus in ecclesia, ut est subdiaconatum, diaconatum, sacerdotium vel apostolatam et praedicationem, vel acquirit beneficia, officia, honores et dignitates in ecclesia, et omnis, qui acquirit titulos sibi gloriae et honoris, ut est doctoratus, baccalariatus et multa talia, ita quod per talia sit in populo Christiano honoratus, ditatus, pacatus et dilatatus in hac vita, sciat se membrum Antichristi sine contradictione quicumque. Item omnis monachus, claustra regularium ingrediens.

aut alias religiosus, ut vitam quietam habeat et sit securus de statu pacifico et necessitate corporali, in quantum talis et quam diu talis, est membrum Antichristi, quia in nomine suo induit speciem sanctitatis. Et omnis religio et quilibet conventus, qui seipsum ingessit ad medium vulgi Christiani et ibi factus est gloriosus et honoratus a populis plebejis, et in hoc sibi complacent vel de hoc gloriantur, est procul dubio corpus Antichristi. Item omnis apparatus talium splendidus et magnificus, vel habens speciem apparentem sanctitatis, veluti templa magna et multipliciter decorata, multitudo praedicationum, exquisita multitudo missarum, cantus et psalmodiarum decor et assiduitas, insignis sepultura et officium splendidum pro mortuis; item celebritas adventitiarum festivitatum varie promulgata et ornata; item commendatio fraternitatum et invitatio ad eas per multas promissiones orationum et missarum atque fratrum; item praeconisatio aut glorificatio imaginum quarumdam et extollentia novarum reliquiarum sanctorum, diffamatio miraculorum vel portentorum per talia factorum, et multa similia, quae modo diligenter in ecclesia actitantur: omnia illa facta ad suam propriam gloriam et complacentiam hominum, ut per accursus populi et applausus magnorum et parvorum in Christiano populo acquiratur, vel ut per hoc quaestus multiplicetur, aut ut per talia nomen auctoris talium diffametur et celebretur, ita ut dicatur in populo: „hoc iste fecit,“ vel „istud magnum bonum tales canonici vel tales religiosi invenerunt vel perfecerunt“: omnia inquam talia, non tamen in quantum talia, sed in quantum fiunt a talibus et tali intentione, sunt indumentum Antichristi, et sub ipsis mystica operatio daemoniorum seu Satanae ad subtilius et efficacius seducendum et nocendum etc.

Fol. 135. O obrazich swatjch a ctěni jich. Hen! hodie collegia quaedam et multitudo eorum, qui se dicunt magistros

ecclesiae et sapientes, decreta dei in ecclesia posuerunt, quod videlicet statuæ lignæ atque lapideæ, argenteæ et ceteræ hujusmodi sint a Christianis adorandæ et colendæ, patulo et expresse sancta scriptura dicente: non adorabis ea neque coles! quod nequaquam ex assertione Thomæ de Aquino vel aliis doctoribus potest haberi vel defendi; — et sancta ecclesia, licet admisit imagines et statuas et docet honorandas et venerandas, tamen adorandas vel colendas nusquam docuit vel statuit, ut patet in corpore in facultate juristarum. Decreverunt insuper, quod sint deprecandæ, quod in lingua Boemica sonat *modliti sě*, et sic docere populum collegialiter, *aby sě obrazóm lidé modliti*. Decreverunt insuper et synodaliter mandaverunt populis prædicandum, quod pie credant populi in statuis lapideis vel ligneis depictis esse virtutem divinam et sanctorum ejus, et inde quæ videntur ibi facta miracula vel famantur, deus per eas et propter eas imagines operetur, et idcirco quicumque hoc credit vel in tali statua fiduciam ponit et ibi confugit ad statuam, nequaquam male facit; imo neque possibile est quod, inquit, male faciat, sed neque sunt simplices corrigendi et increpandi, quod ad statuas fugiunt in tempore suæ necessitatis, aut reliquias sanctorum vel alias res tales mortuas sine merito et virtute. Sanxerunt insuper non prædicandum contra abusum statuarum vel reliquiarum, dicentes, quod non contingit in talibus errare populum Christianum. Quæ quam sint pernicioza rudi populo Christiano et carnali, quis non intelliget, si contempletur, quod populus plebejus modernus domini Jesu spiritum non habens, ad spiritualia nequaquam valet mentetenus elevari, sed solum et maxime carnali judicio et phantasmatis proventus, corporalia tantum appreciat et coram eis stupet et pavet, ad ea se totaliter effundendo etc.

O témž, ve knize páté (MS. bibl. Clement. III A. 10, fol. 126 sq.) — Deberet ejici omne illud in templo positum, ad quod vulgus plebejum habet respectum alicujus reverentiæ

et stuporis, prout sunt imagines, quae venerantur per dei ecclesiam, ut in Luca et in Roma et alias ubicunque. Quibus statuis populus spiritum Jesu non habens exhibet magnam reverentiam et honorem genuflexione, candelarum oblatione et hujusmodi; ad quas venientes ad templum accurrunt, nullum vel modicum habentes respectum ibidem praesens ad corpus Jesu Christi. Quod fit ex eo, quia rudis populus, solum suos sensus insequens, fortiter movetur a talibus imaginibus et ab apparentia earum splendida et artificiosa; et quia est pronus omnis talis homo ad idololatrandum, eo quod facilius conceptus suos vel imaginationem circumscribit et magis favorabiliter terminat ad creaturam quam deitatem, quia sunt sibi talia propinqua suae facultati naturali. — Quodsi Christiani illi, qui sanctos viros inordinate honorabant, sunt increpati et convicti esse carnales: quanto igitur magis hi, qui imagines in templis dei colunt et venerantur. Diabolus equidem satagit decipere dei populum, quanto magis sub aliqua specie boni, tanto fortius et coloratius et per consequens periculosius; ideoque libentius negotiatur injuriam Christi in populo Christiano et subversionem per species virtutum vel similitudines bonorum, venenum sub melle propinans, et similiter per imagines salvatoris et aliorum sanctorum etc. — (*Fol. 127^a.*) Nec per hoc ego curo negare imagines rationabiliter fieri in ecclesia et populi, cum hoc teneat universitas sanctae ecclesiae, et dicatur communiter, quod tales imagines sunt scriptura laicorum. Decoretur igitur templum statuis imaginum; huic ego non obsto, neque ullomodo contradico, dummodo in talibus cautela contra daemonia sicut et in aliis habeatur. Sed hoc audacter dico, quod quam cito una imago amplius reveretur quam aliae imagines in templo, vel habet concursum ampliorem plebis cum candelis, genuflexionibus vel aliter, mox est de templo ejicienda, tamquam offendiculum populi. Item si adjungantur aliqua signa facta quasi per imaginem aut ratione imaginis vel aliter, iterum illico illa statua

est cassanda; quia jam valde timendum est plebi Christi, ne fortasse tunc accesserit ibi jam daemonium, volens ludificare plebejos et polluere adorationem Jesu Christi corporis et sanguinis pretiosi. —

Končíme výpisky tyto, ač nehojné, však již snad dlahé, uwedením zde místa pro spisowatele nad jiné značnějšího, we traktatu De abominatione in loco sancto, tištěného sice již mezi spisy Husowými, a však s wynecháním právě tohoto místa, kteréžby na konci kapituly 7, na stránce 484 vydání druhého, čili 384^a vydání prwního, státi mělo; w rkp. musejním nachází se fol. 210. „Ego vero sic ista habeo et sic scribo, et in tali habitudine et mensura, quod omnia et singula et meipsum submitto sanctae catholicae ecclesiae dulcissimae, matri meae et sponsae Jesu Christi. Nec ista dixi meipsum commendans; sed confiteor, quod modico ante fui totus vexatus et obtentus a spiritu Antichristi, plenus cupiditate et contagiosa ambitione, magno animo cupiens habere divitias, hujus mundi gloriam et honores; et pro eo multa laboravi, impendi vires et expensas, litigavi pro quatuor beneficiis; et adhuc meum beneficium, mihi omni jure debitum, ab adversario quodam detinetur. Et sic volens dives fieri in hoc seculo, incideram profunde in laqueum diaboli. Gratias ago jam deo meo et patri misericordiarum et domino Jesu crucifixo, de cujus gratia mihi venit, quod jam exulto ereptus quasi passer de laqueo venantium, quasi sitio de incendio exportatus, quasi naufragus de mediis fluctibus maris liberatus. Fateor etenim, quod quam difficulter me abstraxit dominus ab uberibus Babylonicae meretricis, et impedivit me ubique satiare illam Antichristi ambitionem et cupiditatem meam divitiarum hujus vitae et honoris, et interim cor meum ad sua testimonia et non in

avaritiam inclinavit. Piissimo namque atque dulcissimo Jesu Christo, mihi iniquo et coeco gratiose semper providente, in omnibus meis conatibus et cupiditatibus valde adversa successerunt; ita quod decies sum datus in conculcationem et derisum meis superbis et amaris inimicis, et usque ad profundum luti omnis tempestas me demersit. Verumtamen gratias ago deo meo, quia quantum est ad homines et secundum opinionem meam, est ubique innocenter et injuste.“

P. S. Odvolání některých článkůw svých, kteréž učinil M. Matěj z Janowa spolu s kněžími Jakubem a Ondřejem na synodě Pražské den sw. Lukáše (18 Oct.) r. 1389, dali sme vytisknauti r. 1869 we přídawcích ku knize „Documenta M. Joannis Hus vitam, doctrinam etc. illustrantia“ na str. 699--702.

D. *M. Jan ze Štěkna.*

(Kw. 1373—1405.)

Mistr Jan ze Štěkna téměř ještě neznámější jest vůbec, nežli Kunrat Waldhauser, ano ti oba muži dosavad za jednoho „Kunrata ze Štěkna“ r. 1369 zemřelého se mívají. Že i on proti porušenosti věku svého, zvláště pak stávu duchovního, nad jiné horlil, vysvitá ze slov M. Ondřeje z Brodu dříve uvedených („et antiquis temporibus Milicius, Conradus, *Sczekna* et alii quam plurimi contra clericos praedicaverunt,“) a potvrzuje se následujícím wyprawováním we spisu posavad netištěném „Chronicon universitatis Praagensis“ we Wídenské c. k. dworské bibliotéce Cod. theol. 99 (olim 420,) kdežto we připomínání milostivého léta na r. 1393 městu Pražskému propůjčeného takto se dí:

„Quapropter justo dei judicio majorem partem (pecu-

niae) rex Wenceslaus pro sua camera reservavit. Et non fuit ex omnibus magistris et doctoribus, qui se velut murum contra simoniacam pravitatem opponeret; sed omnes, velut muti, prava de se dabant exempla, per praefatas ecclesias cum idiotis et indoctis pro acquirendis tam care emtis indulgentiis discurrebant; dempto uno, puta M. Wenceslao dicto Rohle, pro tunc plebano ecclesiae S. Martini majoris civitatis Pragensis, qui non indulgentias sed deceptiones appellabat, non tamen publice, sed occulte, propter Pharisaeorum metum. Ipse tamen mimus regis, per quosdam inductus, tantum uno vel duobus diebus per ecclesias in quodam pileo monstruoso cum ceteris discurrebat, cantando canticum bohemicum: „jahodky, jahodky, kterak ste ráno prokwetly!“ Item *M. Stiekna, baccalaureus in theologia, pro tunc praedicator authenticus in Bethlehem, in Wyšegrado praedicando, populum ad non negligendam tam excellentem gratiam multipliciter est hortatus. Et pro tunc M. Johannes Hus, nondum presbyter, deceptus frivole per tales exhortationes, in Wyšegrado confessus, ultimos quatuor grossos, quos habuit, confessori assignando, non habuit nisi panem siccum ad manducandum; et sic cum ceteris coeae est peregrinatus. Qui tamen factus presbyter et praedicator, multipliciter doluit, et in ambone publice praedicando, de sua fatua peregrinatione confessus fuit.*“

Kdyby M. Štěkna byl se newyznamenával duchem a smýšlením Husowu aspoň poněkud podobným, bylby kronikář při této příležitosti jistě jeho newytykal. Protož není pochyby, že on tentýž M. Štěkna byl, na kterého i M. Ondřej z Brodu we známém onom psaní narážel. Ten pak byl mistr w učení Pražském, bakalář w theologii, a r. 1393 kazatel w kapli Betlemské.

We wydaných od university Pražské památkách jejích, (*Monumenta historica universit. Prag. tom. II parte I,*

pag. 394) připomínají se léta 1401 co žiwi swědkowé dwa mistři Štěknowé: dominus magister Joannes dictus Sczekna, rector ecclesiae parochialis in Czubba, professus ordinis Cisterciensis, et Nicolaus dictus Sczekna de Zebnicz, magister artium, Pragensis et Olomucensis diocesis, testes.“ Tamtéž (na str. 362) k r. 1397 od královný Hedwiky Polské, zakladatelkyně zvláštní kolleje při universitě Pražské, ustanowuje se „Magister Joannes dictus Sczekna, frater ordinis Cisterciensis, sacrae theologiae baccalaureus, plebanus de Přemankow, curiae nostrae capellanus familiaris devotus dilectus“, za prvního prokuratora této nové kolleje, a to we společnosti s oným Křížem kupcem, jenž kaply Betlemské spolu zakladatelem byl. Není tedy pochyby, že onen nahoře dotčený „M. Štěkna“ na tohoto „M. Jana ze Štěkna“ rozuměti se musí, poněwadž také jen křestné jmeno „Jan“ a nejiné vypauštěno býwalo we jmenách takowých, jako ku př. mistr Jičín, M. Přibram, M. Rokycan, t. j. mistr Jan z Jičina, Jan z Přibrami, Jan z Rokycan a t. p. Takét M. Mikuláš Štěkna vlastně ze Zebnic se jmenowal, a byl r. 1385 na mistrowstwi powýšen, kdežto „Jan ze Štěkna,“ pod tímto a nejiným heslem, již r. 1373 mezi mistry učení Pražského přijat byl.

Potvrzuje se domnění toto také následujícími slowy M. Jana Husa, kteráž w jednom kázání swém o zemřelých mistřích a kněžích Pražských uwodí: Sed rogo, quid magistri nostri, sacrae theologiae professores dicerent, si defuncti veraciter responderent? Quid M. Nicolaus biceps argumentator acutissimus, quid Albertus rhetor limpidissimus, quid Janko mathematicus promptissimus, quid Nicolaus Rachorowic poeta praestantissimus, quid Nicolaus Litomycensis consiliarius perspicacissimus, quid Stephanus de Colonia zelator patriae ferventissimus, quid Johannes Stekna velut tuba resonans praedicator eximius, quid Petrus

Stupna, musicus dulcissimus et demum praedicator ferventissimus? Quid hi, et quid ceteri, quorum monumenta calcamus pedibus? a t. d.

We wýpisích ze starých desk zemských, jež Riegger tisknauti dal, *) nachází se i následující: *Primo Stephani, O. 5* (tedy od r. 1402): Johannes Sstiekna magister theologiae, et alii commissarii pro studentibus in Betlem, attulerunt duas literas ad tabulas: unam regis Wenceslai, et alteram reginae Hedvigis“ etc. Z toho widěti, že Štěkna ještě r. 1402 na živě, a s kaplí Betlemskau we spojení byl.

Konečně nelze pochybowati, že i následující, z netištěného dosawad psaní M. Jana z Husince k M. Křišťanowi z Prachatic wzatá zpráva o M. Janowi ze Štěkna rozuměti se musí, poněwadž on tu wýslowně *mnichem* se jmenuje: „Scio certitudinaliter, quod Stanislaus tenuit et in scripto sententialiter scripsit de remanentia panis; et a me quaesivit, antequam disturbium incepit, si vellem idem secum tenere. Ecce postea juravit et abjuravit, et post duos annos, quando Stiekna venit cum suo tractatu, postquam timuit archiepiscopum, nesciens subterfugere, dixit per juramentum, quod tractatum illum non perfecit. Et antequam fuit vocatus ad curiam archiepiscopi, dixit: oportet quod Stiekna monachus flectat ante me genua et petat quod parcam, quod ausus est tractatum meum novam plantationem erroneam annotare.“ Z toho poznáváme, že Štěkna nejen dvě léta po počátku rozepří na universitě Pražské o artikule Wiklefowy (r. 1403), tedy r. 1405 ještě na živě byl, ale také že proti smyslům Wiklefowým zvláštní traktat, nyní již neznámý, byl sepsal, a jmenovitě s M. Stani-

*) *Wiz Materialien zur alten und neuen Statistik von Böhmen, VI Heft. S. 205.*

slawem ze Znojma, tehdáž ještě horliwým Wiklefiſtaw, před arcibiskupem Zbyňkem Zajicem z Hasenburka spory měl. Počaltě pak byl arcibiskup tento, dle nařízení papeže Innocencia VII, skutečně již r. 1405 a 1406 proti Wiklefiſmu w Čechách se zasazowati, jakož to odjinud w historii České se wyjewuje.

Toto jest posawad wše, co nám o M. Janowi ze Štěkna dowěděti se lze bylo. Nenili toho tolik, jak bychom ku poznání toho muže wěděti sobě žádali, jest wždy dostatečné k rozeznání zmatených posawad dwau osob, Kunrata Waldhausera i M. Jana ze Štěkna.